Decet Romanum Pontificem[284] eos, qui pravis schismatum erroribus relictis ad Sanctae Matris Ecclesiae unitatem redierunt, specialibus favoribus prosequi, ut illi in eiusdem Ecclesiae fide et obedientia eo constantius perseverent, quo cumulatioribus beneficiis se affectos esse perspexerint. Cum itaque Venerabiles fratres Hypatius Protothronius Wlodimiriensis et Brestensis, ac Cyrillus Exarcha Luceoriensis et Ostrosiensis, Episcopi Nationis Ruthenae seu Russae, suo et Venerabilium fratrum Michaelis Archiepiscopi Metropolitae Kioviensis et Haliciensis ac totius Russiae, Gregorii Archiepiscopi nominati electi in Archiepiscopum Polocensem et Vitebscensem, Michaelis Episcopi Praemisliensis et Samboriensis, Gedeonis Episcopi Leopoliensis, Dionysii Episcopi Chelmensis et Belsensis, Leontii Episcopi Pinscensis et Turoviensis postea defuncti, et Ionae Archimandritae Kobrinensis Ecclesiae Sancti Salvatoris, deinde electi in Episcopum Pinscensem et Turoviensem loco dicti Leontii, Episcopi defuncti, nomine, qui antea cum Romana Ecclesia non communicabant, sed proprii sermonis et idiomatis usu, retento Graeco Ritu, vivebant, ad nos et ad Sedem Apostolicam nuper accesserint, ac tam privato amborum, quam praedictorum Michaelis Archiepiscopi et aliorum Coepiscoporum communi et procuratorio nomine se et illos in eiusdem Ecclesiae gremium recipi, et tamquam membra suo capiti uniri supplicaverint, ac omnes suos et ipsorum errores, haereses et schismata damnaverint et detestati fuerint, Fideique Orthodoxae professionem iuxta formam Graecis ab hac Sancta Sede praescriptam integre et ad verbum fecerint et emiserint, nobisque et Apost. Sedi debitam obedientiam et subiectionem praestiterint et perpetuo praestare promiserint. Nosque nomine pii patris ipsos, universumque eorum Clerum et populum Ruthenae seu Russae Nationis in eiusdem Ecclesiae gremium receperimus, et tamquam membra in Christo unitati Ecclesiae restituerimus et incorporaverimus, ac praeterea ad nostram erga ipsos charitatem magis ostendendam, omnes sacros ritus et caerimonias, quibus idem Archiepiscopus seu Metropolita, Episcopi et Clerus praedicti iuxta sanctorum Patrum Graecorum instituta in Divinis Officiis et sacrosanto Missae sacrificio, et Sacramentorum administratione aliisque sacris functionibus utun-

---

[284] Praesens Bulla Clementis VIII consideranda est documentum fundamentale Unionis Berestensis et Ecclesiae Ruthenae, characteris canonici, cuius valor usque ad nostra tempora perdurat et anno 1807 erat extensa etiam ad Metropoliam Haliciensem (« *In universalis Ecclesiae* »). Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*, vol. I, Romae 1953, pag. 266, nr. 152, et vol. II, Romae 1954, pag. 313, nr. 871.

tur, dummodo veritati et fidei catholicae non adversentur et communionem cum Romana Ecclesia non excludant, ex Apostolica benignitate eisdem permiserimus, concesserimus et indulserimus, aliaque fecerimus, quae in nostris sub plumbo confectis literis datis decimo Kal. Ianuarii praesentis anni plenius continentur.[285]

Cupientes nunc eosdem uberioribus gratiis prosequi, cum Provincia Russiae seu Ruthena longo intervallo a Romana Curia distet, et propterea Episcopis, qui pro tempore eligentur, valde incommodum futurum sit, ad Apostolicam Sedem pro suae electionis confirmatione accedere, seu etiam alios, qui eorum nomine huiusmodi confirmationem petant, ad eamdem Sedem transmittere, eorum in hac parte commodis et indemnitati, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, Motu proprio et ex certa scientia nostris, et Sedis Apostolicae potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus et ordinamus, ut quandocumque posthac aliquas ex praedictis eorum Cathedralibus Ecclesiis seu Sedibus Episcopalibus, Wlodimiriensi nimirum et Brestensi invicem, Luceoriensi et Ostrosiensi etiam invicem, Plocensi et Vitebscensi etiam invicem, Praemisliensi et Samboriensi similiter invicem, Chelmensi et Belsensi etiam invicem, Leopoliensi et Camenecensi etiam invicem perpetuo vel alias unitis seu annexis, pastoris solatio destitui aut quovis modo vacare contigerit, is qui ad dictas Ecclesias pastoris solatio destitutas seu vacantes iuxta morem eorum, seu modum illis permissum electus seu nominatus fuerit, a praedicto Archiepiscopo Metropolita Kioviensi ac Haliciensi nunc et pro tempore existenti auctoritate et nomine Sedis Apostolicae confirmari vel institui, eique munus consecrationis impendi possit et debeat, ac ut sic electus seu nominatus et confirmatus vel institutus ab eodem Archiepiscopo Metropolita, vel de eius licentia ab alio Catholico Anstitite eiusdem Nationis, gratiam et comunionem Sedis Apostolicae habente, ascitis duobus vel tribus aliis Catholicis Episcopis similem gratiam et communionem habentibus et sibi in hoc assistentibus, munus consecrationis huiusmodi suscipere, idemque Antistes illi dictum munus impendere valeat, super quo ipsi tam in Episcopum pro tempore electo seu nominato et confirmato, quam Archiepiscopo Metropolitae pro tempore existenti plenam, amplam et liberam potestatem et facultatem per praesentes concedimus et indulgemus.

Verum cum Sedes Archiepiscopales seu Metroplitanas Ecclesias Kioviensem et Haliciensem praedictas, similiter invicem perpetuo vel alias

---

[285] Cfr. supra « *Magnus Dominus* », de dat. 23.XII.1595. Aliud documentum fundamentale Unionis cum eius descriptione et dispositionibus canonicis (sub nr. 145)

unitas sive annexas, per obitum vel alias quovis modo quandocumque tam forsan in Romana Curia, quam extra eam ubilibet pastoris solatio destitui seu vacare contigerit, volumus et pari motu atque auctoritate perpetuo statuimus et ordinamus, ut is, qui in Archiepiscopum seu Metropolitam iuxta eorum morem, seu modum illis permissum pro tempore similiter electus seu nominatus fuerit, electionis seu nominationis suae confirmationem institutionem seu provisionem, nec non et muneris consecrationis licentiam a nobis et a Romano Pontifice pro tempore existente petere et obtinere omnino teneatur et debeat.

Volumusque et similiter perpetuo statuimus, ut literae confirmationis seu institutionis et provisionis hiusmodi, et licentiae praedictae in eadem Curia per officiales, ad quos spectat, per viam secretam gratis expediantur,[286] decernentes sic et non aliter per quoscumque Iudices et Commisarios quacumque auctoritate et dignitate fungentes, sublata eis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere, irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis, ac Universivalibus Provincialibusque et Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis, quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio et extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur eisdem praesentibus, si essent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo etc. Nostrum statutorum, ordinationis concessionis, indulti, decreti et voluntatis infringere etc. Si quis etc.

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae MDXCVI, VII Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno quinto.

194.

Romae, 26. II. 1596.

Episcopo Volodimiriensi et Berestensi Hypatio Potij eiusque successoribus, conceditur usus vestium sacrarum, quas Saccosium appellant, dalmaticarum et tunicarum instar, dum sacrosanctum Missae sacrificium divinaque officia pontificali more celebrant.

ASV, *Archivio dei Brevi Apostolici*, vol. 372, fol. 83-87, et 71-73.
Bullarum diplomatum et privilegiorum Sanctorum Romanorum Pontificium. Augustae Taurinorum t. X, 1865, p. 253-254, n. 126.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 269, nr. 153.

[286] Expeditio Bullarum confirmationis nullam post se trahebat expensam neque pro ipsa pergamena.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Hipatio, protothronio metropolis Kioviensis, Episcopo Wlodimiriensi et Brestensi, Nationis Ruthenae seu Russae, salutem et Apostolicam benedictionem.

Romanus Pontifex specialibus favoribus libenter prosequi consuevit, quorum merita et virtutes suis ac Sedis Apostolicae beneficiis dignas esse animadvertit.

Cum igitur tu, necnon Venerabilis frater Cyrillus, exarcha metropolis Kioviensis, Episcopus Luceoriensis et Ostroviensis, nationis Ruthenae seu Russae utriusque vestrum, et aliorum Venerabilium fratrum Michaelis. Archiepiscopi metropolitae Kioviensis ac totius Russiae, necnon Gregorii Archiepiscopi nominati, electi in Episcopum Polocensem et Vitebscensem, Michaelis, Episcopi Praemisliensis et Samboriensis, Gedeonis, Episcopi Leopoliensis, Dionysii, Episcopi Chelmensis et Belsenis, Leontii, Episcopi Pinscensis et Turoviensis, postea defuncti, et Jonae, Archimandritae Kobrinensis, ecclesiae Sancti Salvatoris, deinde electi in Episcopum Pinscensem et Turoviensem, loco dicti Leontii defuncti Episcopi nomine, qui omnes antea cum Romana Ecclesiae minime communicabatis, sed, proprii sermonis et idiomatis usu retento, graeco ritu vivebatis, ad nos et Sedem Apostolicam nuper accesseritis, ac tam privato amborum, quam praedictorum Archiepiscopi sive Metropolitae, et aliorum Coepiscoporum communi procuratorio nomine, vos et illos in Romanae Ecclesiae gremium recipi, ac tamquam membra suo capiti uniri supplicaveritis, universosque vestros et illorum errores, haereses et schismata damnaveritis et deserti fueritis, fideique orthodoxae prefessionem, iuxta formam Graecis ab hac Sancta Sede praescriptam, integre et ad verbum feceritis et emiseritis, nobisque et Apostolicae Sedi debitam obedientiam et subiectionem praestiteritis, nosque more pii fratris vos et ipsos, universumque eorum populum et clerum Ruthenae seu Russae nationis praedictae in eiusdem Ecclesiae gremium receperimus et tamquam membra in Christo unitati Ecclesiae restituerimus et incorporavimus; volentes nunc, ut par est, insignem aliquam paternae nostrae erga Fraternitatem Tuam voluntatis significationem ob eam rem pie ac diligenter pro virili sua parte prestam exhibere, Motu proprio, et ex certa scientia nostris, eidem Fraternitati Tuae, ac tuis successoribus Wlodimiriensibus et Brestensibus Episcopis in unione et obedientia sanctae Romanae Ecclesiae perseverantibus, ut post hac perpetuis futuris temporibus vestibus illis sacris, quas Saccos appellatis, dalmaticarum et tunicarum instar,[287] quibus Venerabilis

---

[287] Privilegium hoc concessum fuit omnibus episcopis Volodimiriensibus in signum gratitudinis et meriti Hypatii Potij. Res haec postea plurima excitavit dissidia de usu horum vestium, praesente Metropolita vel extra propriam eparchiam. Hodie omnes episcopi his iisdem vestibus utuntur ex consuetudine et usu.

frater Archiepiscopus seu Metropolita ex speciali indulto uti solet, et quibus eidem Archiepiscopo seu Metropolitae, vel alicui vestrae nationis Episcopo sine simili indulto uti non licet, dum sacrosanctum missae sacrificium, vel alia divina officia pontificali more, tu vel ipsi successores tui celebrabitis, uti libere et licite valeatis, facultatem et licentiam, Apostolica auctoritate, tenore praesentium, ex speciali dono gratiae concedimus et indulgemus.

Ut vero eius rei aliquod momentum extet, et in eadem tua ecclesia (f. 254) post hoc perpetuo conservetur, nos eas vestes auro et serico coerulei coloris intertextas et eminentibus hinc inde liliis auro similiter intorto seu ricio, ut vocant, ornatas, confici iussimus, illasque cum nonnullis altaris ornamentis, necnon cum stola tum minore tum maiore, quas Petrachilos et Omophoria appellatis, ac cum aliis vestibus inferioribus, quibus pro albis utimini, ex serico coerulei coloris confectis, floribusque aureis et argenteis decoratis, simili motu et auctoritate eidem Fraternitati Tuae ac tuis successoribus praefatis gratiose donavimus et elargiti sumus, prout denuo auctoritate Apostolica tenore praesentium donamus et elargimur.[288]

Decernentes sic et non aliter per quoscumque iudices et commissarios, quacumque auctoritate et dignitate fungentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere, irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Non obstantibus quibusvis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus ecclesiarum Wladimiriensis et Brestensis, quavis etiam Apostolica auctoritate roboratis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut praesentium exemplis, etiam impressis, notarii publici manu subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio et extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur eisdem praesentibus, si essent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo... etc., Si quis autem... etc.

Datum Romane apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae 1596, IV Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno V.

---

[288] Ex hac decriptione patet et forma vestium episcopalium Ecclesiae Ruthenae.

195.

Romae, 26. II. 1596.

Episcopo Luceoriensi et Ostrogiensi Cyrillo Terleckyj eiusque successoribus, conceditur usus vestium sacrarum, quas Saccosium appellant, dalmaticarum et tunicarum instar, dum sacrosantum Missae sacrificium divinaque officia pontificali more celebrant.

ASV, *Archivio dei Brevi Apostolici*, vol. 372, fol. 73-76, 87-89.
Bullarum diplomatum et prilegiorum Sanctorum Romanorum Pontificum, t. X, Augustae Taurinorum 1865, pag. 252, nota 1.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 270, nr. 154.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Cirillo, Exarchae Metropolis Kioviensis, Episcopo Luceoriensi et Ostrogiensi, nationis Ruthenae seu Russae, salutem et apostolicam benedictionem.

Romanus Pontifex eos specialibus favoribus... (*Simile privilegium hoc die, iisdemque expressum verbis concessit Clemens Episcopis Luceoriensibus, quibus sacras vestes rubri coloris dono dedit. — Cfr. Breve praecedens pro Hypatio Potij, mutatis mutandis*).

Ut vero eius rei aliquod monumentum extet et eadem tua ecclesia posthac perpetuo conservetur, Nos eas vestes auro et serico rubei coloris intertextas, et eminentibus hinc inde liliis auro similiter intorto seu ricio, ut vocant, ornatas confici iussimus illasque cum nonullis altaris ornamentis nec non cum stola etc. [289] (*prout in Brevi praecedenti*). Decernentes etc. Non obstantibus etc. Volumus autem etc. Nulli ergo etc. Si quis autem etc.

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae 1596, quarto Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno quarto (*quinto*).

196.

Romae, 1. III. 1596.

Mensae episcopali Volodimiriensi et Berestensi unitur monasterium SS. Salvatoris, Ordinis S. Basilii.

ASV, *Archivio dei Brevi Apostolici*, vol. 372, fol. 93-95, 97-99.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 271, nr. 155.

CLEMENS EPISCOPUS Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

---

[289] Cfr. Breve praecedens eiusdem tenoris, excepto colore vestis, dono datae Episcopis Luceoriensibus.

Ex iniuncto nobis Apostolicae servitutis officio, Ecclesiarum quarumlibet, earum praesertim quarum Praesules pravis haeresum et schismatum erroribus relictis ad Catholicae Romanae et Universalis Ecclesiae unitatem et obedientiam redierunt utilitati et eorundem Praesulum commodis, quantum cum Domino possumus, libenter consulimus, prout in Domino salubriter conspicimus expedire. Cum itaque, sicut accepimus, mensa episcopalis Wlodimiriensis et Brestensis Metropoliae Kioviensis Ruthenae Regionis exiguos admodum redditus habeat, quibus Venerabilis frater noster Hyppatius Protothronius illius Episcopus iuxta suae pontificalis dignitatis exigentiam statum suum decenter tenere, et onera sibi incumbentia, praesertim Concionatoris Verbi Dei, et Scholae Magistri pro spirituali Christi fidelium dictae Ecclesiae consolatione, necessariaque instructione sufferre non potest, et si monasterium Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Basilii Wlodimiriense[290] certo modo, quem praesentibus pro expresso haberi volumus, vacans, cuius fructus, redditus, et proventus (f. 97v) ad centum circiter ducatos auri de Camera secundum communem aestimationem annuatim ascendunt, eidem mensae episcopali perpetuo uniretur, ex hoc profecto utilitati dictae Ecclesiae pro Concionatoris Verbi Dei, et Scholae Magistri manutentione valde consuleretur.

Nos volentes Ecclesiam ipsam eiusque Episcopum, quos nuper una cum aliis Episcopis ruthenis, qui antea cum Romana Ecclesia non communicabant, sed proprii sermonis et idiomatis usu retento graeco ritu vivebant, ad eiusdem S. R. E. gremium, et unitatem recepimus, spiritualibus favoribus, et gratiis prosequi, ac Ecclesiae et monasterii praedictorum uberiores valores annuos ipsiusque monasterii ultimum vacationis modum praesentibus pro expressis habentes, Motu proprio, et ex certa scientia maturaque deliberatione nostra monasterium praedictum quovis modo, etiam si ex illo quaevis generalis reservatio etiam in Corpore Iuris clausa, etiam per obitum apud Sedem, aut per illius ultimi possessoris resignationem sponte, etiam coram Notario et testibus factam, aut vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta Concilii ad Sedem Apostolicam legitime devoluta existat, et (f. 98) super illo inter aliquos lis, cuius etiam statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa eidem mensae episcopali Wlodimiriensi, et Brestensi, cuius Episcopus pro tempore, sicut etiam caeteri omnes eiusdem Nationis Ruthenae seu Russae in eadem Sancti Basilii regula professi esse consue-

---

[290] Concessio haec viam aperuit variis abusibus et cumulationi beneficiorum; quidam episcopi etiam sine necessitate propter solam commoditatem plurima monasteria in commendam habuerunt, praesertima Abbatialia.

verunt, ad effectum tamen, ut ex eiusdem monasterii fructibus Concionatorem Verbi Dei, et Magistrum Scholae sustentare valeat, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus. Ita quod liceat idem Episcopo nunc et pro tempore existenti, eiusdem monasterii ac illius bonorum regiminis et administrationis, seu quasi possessionem propria auctoritate libere apprehendere, ac perpetuo retinere, ipsaque bona locare, et arrendare ac illorum fructus, redditus et proventus, et emolumenta quaecumque percipere, exigere et levare ac in eorundem Concionatoris et scholae Magistri substentationem convertere. Ita tamen quod in eodem monasterio divinus cultus, ac solitus monachorum, et Ministrorum numerus nullatenus minuatur, sed eiusdem monasterii (f. 98v) eiusque conventus, quatenus fructus separatos a mensa abbatiali non habeat, congrue per dictum Episcopum supportentur onera consueta.

Decernentes unionem, annexionem, et incorporationem huiusmodi ac praesentes litteras nullo unquam tempore etiam ex eo quod quicumque interesse habentes, seu praetendentes ad id vocati non fuerint, neque praemissis consenserint, aut quod fructus dictae mensae episcopalis, cui dictum monasterium univimus, iuxta regulam nostram non sint expressi, aut aliter ex quocunque capite de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, ad terminos iuris reduci, in ius vel controversiam revocari, aut aliter quomodolibet infringi, invalidari, retractari, vel alias annullari nullatenus posse, sed semper validas, efficaces, existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, sicque per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici (f. 99) Auditores, sublata eis et eorum cuilibet aliter iuricandi, et interpraetandi facultate et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus nostra praedicta de exprimendo valore beneficii, cui aliud uniri peteretur, ac de unionibus committendis ad partes, coatis quorum interest, nec non Lateranensis Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas nisi casibus a iure permissis fieri prohibentis, ac piae memoriae Bonifacii Papae VIII, Praedecessoris nostri, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac in provincialibus et synodolibus Conciliis specialibus vel generalibus, nec non monasterii et Ordinis praedictorum, iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et litteris Apostolicis, illis ac eiusdem (f. 99v) Ordinis Superioribus, et personis in contrarium praemissorum quorumcunque concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis.

Quibus omnibus et singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua mentio habenda foret, illis aliter in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae consignatis eadem illa prorsus fides habeantur, quae haberetur eisdem praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Nulli etc. nostrae unionis, adnexionis, incorporationis, decreti, voluntatis, et derogationis infringere etc. Si quis etc.

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae 1596, Kalendis Martii, Pontificatus Nostri Anno V.

197.

Cracovia, 1. III. 1596.

De reditu Episcoporum et de Seminario eirgendo.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 89 C, fol. 83.
ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 91 D, fol. 106v (reg.).
Welykyj A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 107, nr. 567.

. . .

Come li Vescovi Rutheni giongano qua, si potrà allhora discutere ciò che converrà fare intorno al Seminario delli giovani Rutheni, ecc.

Di Cracovia, il primo di Marzo 1596.

(Al Sig. Cardinale San Giorgio).[291]

198.

Roma, 2. III. 1596.

De discessu Episcoporum ruthenorum de Urbe et de incursione cosacorum in Lithuaniam.

Bibl. Vat., *Urb. lat.*, vol. 1064, fol. 132-32v.
Welykyj A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 108, nr. 569.

Di Roma, li II di Marzo 1596.

. . .

Li doi Vescovi Rutheni stanno per ritornarsene alla patria loro,

---

[291] Nuntius Germanicus Malaspina (1592-1598).

sodisfattissimi delle cortesie et favori ricevuti da Sua Beatitudine, dalla quale essendo andati domenica per licentiarsi, furono visti a lacrimar di tenerezza, havendoli Sua Beatitudine donato dua veste di tela d'oro per ciascuno,[292] all'usanza loro et ordinato, che gli sieno sborsati m/2 ducati per le spese del viaggio.

. . . (f. 132v)...

Di Cracovia con lettere delli 10 passato scrivono, che si confirmava l'abbruggiamento fatto dalli Cosacchi in Lithuania, i quali portavano lo stendardo con l'arme dell'Imperatore, et contra di loro era stato spedito un Capitano con pochissima gente. ...

199.

Roma, 4. III. 1596.

De reditu Episcoporum ruthenorum.

BIBL. VAT., *Urb. lat.*, vol. 1064, fol. 126v.
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 107, nr. 568.

Di Roma, li 2 Marzo 1596.

(f. 126v)...

Li Vescovi Ruteni vanno tuttavia facendo le visite per ritornare alla patria loro, havendoli Nostro Signore oltre a molte gratie particolari donato ancora un paramento bellissimo di broccato con trine d'oro, per uso delli divini offizii.

. . .

200.

Romae, 4. III. 1596.

Unio monasterii Pečarensis Kioviensis mensae Metropolitanae item Kioviensi.

ASV, *Archivio de Brevi Apostolici*, vol. 372, fol. 101-103, 105-107v.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 273, nr. 156.

CLEMENS EPISCOPUS Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ex iniuncto nobis Apostolicae servitutis officio... (*ut supra sub nr.* 196). Cum itaque, sicut accepimus, mensa archiepiscopalis Kioviensis et Haliciensis, quae totius Nationis Ruthenae, seu Russae Metropolis

---

[292] Cfr. de hac donatione nnr. 194, 195.

existit, exiguos admodum redditus habeat, ex quibus Venerabilis frater noster illius Archiepiscopus seu Metropolita, iuxta suae pontificalis dignitatis exigentiam statum sive decenter tenere non potest, etsi monasterium quod Peczeorum vocant Ordinis Sancti Basilii Kioviense[293] certo modo... vacans... ad MCC circiter ducata auri de Camera secundum communem extimationem... Nos volentes etc. Decernentes unionem etc... quibus omnibus etc. Volumus autem etc... Nulli ergo hominum etc...

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae 1595, quarto Nonas Martii,[294] Pontificatus Nostri Anno V.

201.

Roma, 5. III. 1596.

Expensa itineris Episcoporum Ruthenorum ex pecunia Camerae Apostolicae exsolvitur, secundum mandatum Clementis VIII.

ARCHIVIO DI STATO DI ROMA, *Fondo Camerale*, XXV: Libri di entrata e uscita della Tesoreria Generale, vol. 1579, fol. 69(100)r.

1596. A 5 detto (= Marzo).

A Donativi s. 1000 d'oro puro et s. 1000 di moneta pagati à Mons. Luca Dottorio, maestro di casa delli Vescovi Rutenici; disse per le spese del viaggio de detti Vescovi.

... s. 1000 ... s. 1000.

202.

Romae, 5. III. 1956.

Petro Arcudio donantur 500 scuta, ut possit iter in Russiam instituere in adiutorium Episcoporum ruthenorum.

ARCHIVIO DI STATO DI ROMA, *Fondo Camerale*, VII: Registri dei Mandati Camerali, vol. 945 (1594-96), fol. 85v.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 274, nr. 157.

A Pietro Sacerdote Greco per il viaggio in Russia per lui et un suo Compagno con li Vescovi Ruteni s.di 500 di moneta.

Mons. Cesi etc. ordinarete a Giuseppe Giustiniani etc. che paghi

---

[293] Famosa Kievo-Peczarensis Laura, nota iam ab anno 1070 circiter. Centrum culturae et religiositatis totius Europae orientalis, usque ad nostra tempora.

[294] Clemens PP. VIII electus fuit die 30.I.1592 et incoronatus die 9 februarii eiusdem anni, proinde anni Pontificatus sane hisce diebus mutabantur.

a Pietro Arcudi Sacerdote, et Alunno del Collegio Greco s.di cinquecento di moneta, cioè s.di 250 gli si paghi qua et altri s.di 250 gli se faccia lettera, che gli siano pagati in Venetia; quali s.di 500 se li fanno pagare per le spese per il viaggio per lui e Moschetti, suo compagno, per andare in Russia per ordine Nostro con li Vescovi rutheni er per fare un parato sacerdotale per portarlo seco per celebrare la messa, arrivato che sarà la, et pagati vogliamo etc.

Del nostro Palazzo Apostolico questo dì 5 di marzo 1596.

CLEMENS PP. VIII.

Fu dato l'ordine di Mons. Thesoriero a dì detto: 500 di m.

203.

Roma, 7. III. 1596.

Iter Petri Arcudii in Russiam persolvitur expensis Camerae Apostolicae.

ARCHIVIO DI STATO DI ROMA, *Fondo Camerale*, XXV: Libri di entrata e uscita della Tesoreria Generale, vol. 1579, fol. 70(101)v.

1596. — A 7 di Marzo.

A Donativi s. 500 d'oro puro pagati al Sign. Pietro Arcudi, Sacerdote et Alunno del Collegio Greco, per le spese del viaggio d'andar con li Vescovi Rutenici.

.....500 s.....

204.

Roma, 7. III. 1596.

Mandatum pro 100 scutis, ut remuneratione pro Luca Doctorovio, ut sibi Romae libros desideratos compararet.

ARCHIVIO DI STATO DI ROMA, *Fondo Camerale*, VII: Registri dei Mandati Camerali, vol. 945 (1594-96), fol. 86v.
WELYKYJ A., *Doc. Pont.*, vol. I, pag. 274, nr. 158.

Mons. Cesi etc. ordinarete a Giuseppe Giustiniani etc, che paghi scudi cento di moneta al canonico Lucerae, quale è stato inteprete delli Vescovi ruteni[295] et gli ci doniamo per provedersi di libri che lui desidera, et paghati vogliamo...

Del nostro Palazzo Apostolico questo dì 7 Marzo 1596.

CLEMENS PP. VIII.

Fu dato l'ordine di Mons. Thesoriero a dì detto: 100.

---

[295] Donum personale pro interprete episcoporum Ruthenorum.

205.

Roma, 8. III. 1596.

Lucae Doctorovio 100 scuta monetae donantur.

ARCHIVIO DI STATO DI ROMA, *Fondo Camerale*, XXV: Libri di entrata e uscita della Tesoreria Generale, vol. 1579, fol. 71(102)r.

1596. — A 8 di Marzo.

A Donativi s.100 di moneta pagati al Sign. Luca Doctorio, Interprete delli Vescovi Ruteni; disse per far provigione de libri.....100 s.

206.

Venetiis, 30. III. 1596.

Transitus Episcoporum ruthenorum per civitatem Venetiarum.

BIBL. VAT., *Urb. lat.*, vol. 1064, fol. 203.
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 110, nr. 575.

(f. 203)...

Sono gionti in questa città li doi Vescovi Rutheni, che vengono di Roma et sono molto accarezzati da questo clero et Senato insieme. Li quali Vescovi vanno vedendo le cose notabili della città et sono stati presentati da renfrescamenti a nome publico et parteranno per le case loro fra 4 giorni.[296]

. . .

207.

Roma, 6. IV. 1596.

Scuta monetae 250.85 Octavio Ruoti exosolvuntur pro expensis in servitium Episcoporum Ruthenorum.

ARCHIVIO DI STATO DI ROMA, *Fondo Camerale*, XXV: Libri di entrata e uscita della Tesoreria Generale, vol. 1579, fol. 81r.

1596. — A 6 d'Aprile.

A spese diverse s. 250.85 à Mario et Octavio Ruoti per resto delle robbe date alli Vescovi Ruteni.

.....250.85.

---

[296] Acceptio Episcoporum Ruthenorum Venetiis erat sollemnis, et quidem expensis civitatis.

Пресвѧтѣйшый: и Блаженнѣйшый Отче:

п/
Нсмиренный Ипатей Потей, Божою милостю Прототроне Епископъ Володи-
мирский и Берестейский, зъ вѣры народу роского, единъ з ряду и послан-
никовъ всѣхъ вышеменованыхъ пастыровъ, и предложоныхъ ихъ милости: тогожъ народу.
то естъ Михаила Рагозы Архиепископа, Митрополита Киевского Галиц-
кого, и всея Росии, и Григорія Архиепископа, нареченного владыки Полоцкого,
и Витебского, и Иоанна Гоголя нареченного Епископа Пинского и Туровского;
и Михаила Копыстенского, Владыки Премыского и Самборского. и Гедео-
на Болобана Епископа Лвовского и Каменецкого, Діонисія Збируйского
Епископа Холмского и Белзского, особливе нами з иншими постановены
и посланы, Посломъ зуполнымъ вмѣстѣ з отцемъ его милостю, Кириломъ
Терлецкимъ Екзархою Епископомъ Луцкимъ и Острозскимъ, тогожъ
народу, з рівнымъ посланникомъ и речникомъ всѣхъ менованыхъ ихъ милости:
предложоныхъ, братомъ моимъ, репрезентуючи, и заступуючи особности зверхнее
Свѣтлѣйшое, и всеи церкви римское такъже и противъ брана Посло-
шенства, такъ ихъ самыхъ именемъ, яко и всего духовенства и людей:
илъ подданныхъ Ст. свѧтое Столицы Преблаженнаго Петра и свѣтлости вашое:
яко верховному Пастырови церкви Христовой, Католицкое Униов
Святобливости вашое будучи, и хотечи нижей выписаное мовы Святое и пра-
вдивое исповѣданье яко естъ истинна речнымъ доброчинности, Стороною свя-
того римского церковью, приходячимъ чинити, Такъ попередне
и именемъ Предложоныхъ ихъ милости Архиепископа и Епископовъ роскихъ
Приходячимъ моихъ, яко и моимъ власнымъ Постомъ Стороною ихъ
милости Екзархого Епископомъ Луцкимъ и Острозскимъ, речникомъ ихъ
братомъ моимъ, и вмѣсто обоихъ мести Архиепископа и Епископовъ, праве
жатие тое свѣтлѣйшое, и иншимъ тая пристойни мирита, и стягаючи, и згоды
тогожъ сами восполнени предъ тою способъ Слово вслове вчинити, и
тое росками своими подписати, и печатми приложити, и досконалие
тое и всѣ столицы Святое Апостолское Приимаю, тое мы способомъ
Вѣрою моцною вѣрую, и исповѣдую все повшехне, то што колвекъ естъ вси
тое вѣры, которого выдаетъ Святая римская церковь Кто естъ; —
Вѣрую вединого Бога Отца вседержителя, творца неба и земли, ви-
димымъ всѣмъ, и невидимымъ, и во единого Гда Иисуса Христа Сына
Божиего Единородного, иже отъ Отца рожденного Прежде всѣхъ вѣкъ:

свѣтъ отъ свѣта, Бога истинна отъ Бога истинна, рождьшна, а не
сотворѣнна Єдиносущна отцю, имиже вся быша, На землѣ словесъ
нашего ради спасенїа сошьдшаго съ небесъ и воплотившагося отъ Духа, Святыа
Дѣвы Богородицы, распятаго за ны при понтѣйстѣ Пилатѣ
страдавша и погрѣбенна, и воскресша въ третїй день по писанїихъ, и вознес-
шагося на небеса, сѣдящаго одесную отца, и паки грядущаго съ славою съ-
дити живымъ и мертвымъ, егожде царствїю не будетъ конца, и въ
Духа святаго истиннаго животворящаго, иже отъ отца исходящаго,
иже съ отцемъ и Сыномъ сокланяема и сославима, глаго-
лавшаго пророкы; и Єдинъ святыя Соборныя и Апостольскыя церкве.
Исповѣдую Единое Крещенїе, во оставленїе грѣховъ. Чаю воскресенїа
мертвыхъ, и жизни будущаго вѣка. Аминь.

Вѣдаю сїю вѣру правилную и исповѣдую то всѣ, што колвекъ в святыхъ Соборѣхъ
вселенскїихъ Богодухновенныхъ, якоже ересїи нечестивыя, законопреступныя
церкви постановилъ и утвердилъ, то есть иже въ Духѣ святомъ отъ
отца исшедшаго, всѣвышнїй есть и всемогущества и всѣдѣтельство имѣетъ
изволенїя, Господь и Сынъ, иже отъ отца и Духа всѣвышнїй, нашего
Единаго начала, нерушимымъ движенїемъ исходитъ; Понеже сїе
слова нашего святыя вѣры и вѣчныя любви, изволенїя ради Сына и
скорости святого духа, знаменїа ради Сына чистъ винограда водителъ Хри-
стосъ, Господь нашихъ Есть начало Создателя духа святаго
нашего животворящаго, Его всѣ наши святыя вѣры, потвержденїя Единородного
Сыновы своего, доброхотнымъ дарь есть, и отъ того не отлученъ будетъ.
То тѣмъ исходящїй иже въ Духѣ святомъ поклонити и въ Сына, Сынъ и отца
имѣти вѣрне, Сего ради всѣ вѣрны народы Единъ есть, и рѣчь того
Слова изъ Сына выправѣти, дѣла и заповѣдей правды и потрѣбы, которая,
нашихъ ради, Сынъ плотскыя и подлыстыя до Сына въ Духѣ пришествїя. —

Кто ли бы ихъ ереси прелестью злою нашею Пѣтинною, тѣло христово
правдивѣ совершаютъ, а священницы повѣдни посвящати тѣло христово
а въ прѣсною, злою а въ пѣснашною хлѣбѣ; а вѣрѣ соборныя Церкви
католицкыя своей, въ ереси заходятъ, злою богословѣ. — —

Кто ли Есть правдивѣ сохраняющїйся, влагодатью Божїею всего свѣта исходити, и
тѣ нынѣшнїя Пути захрещенїя, крестъ нашихъ живоносовъ, попиранїя ради

208.

Varsavia, 10. IV. 1596.

Cosaccorum exercitus vincti a Polonis; inde sese eorum misericordiae committunt, tradendo duces suos.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 91 D, fol. 126v.

Varsavia. Al Signor Cardinale San Giorgio, li X Aprile 1596.

Successe felicemente la prattica...

Li Cosacchi sono andati à tante angustie, che si ricercano perdono, et si offriscono di dar in mano il Capo loro, come autore di ogni male...[297]

209.

Roma, 13. IV. 1596.

Ex Instructione data Cardinali-Legato in Poloniam.

ASV, *Fondo Borghese*, ser. IV, vol. 269, fol. 144-156.
MUH, vol. I, pag. 156-157, nr. 230.

Instruttione d'ordine di Nostro Signore Papa Clemente VIII, al-Il'mo et R.mo Signor Cardinale Gaetano, camerlengo, legato in Polonia.[298]

... Per ultimo punto se le ricorda, che alli Vescovi Ruteni, li quali vennero quà ultimamente, fù data intenzione dal Re di concedere il luoco come hanno tutti gli altri (fol. 156v) vescovi di Polonia, che vivono sotto l'obedienza di questa Santa Sede, dal conseguimento della qual dignità si giudica, che dipenda la certa perpetuazione di quel bene, che s'è fatto a gloria di Dio Signor nostro, di che Vostra Signoria Ill'ma sarà informata più a pieno dal Vescovo di Santo Severo,[299] et ella si piglierà cura particolare dell'opera, etiamdio, acciò li detti Vescovi Ruteni conoscano che la protettione di questa Santa Sede, et la charità con che si sono abbracciati, non manca loro, anco nella lontananza, ma che sempre si haverà cura di vederli consolati, et se alcuno di essi li comparerà dinanzi, con-

---

[297] Forsan agitur de Severiano Nalyvajko, qui revera Varsaviae a magistratu polono fuit necatus.

[298] Cardinalis Gaetanus missus fuit in Poloniam praesertim in rebus politicis; hac tamen occasione habuit colloquia cum Episcopis ruthenis Varsaviae, sub finem mensis octobris. Cfr. infra, in diariis eius itineris, exaratis a Paulo Mucantio (nr. 240, 243, 244).

[299] Germanicus Malaspina, Nuntius Varsaviensis (1592-1598).

verrà accarezzarli con tutti li termini d'amore et di cortesia, acciò l'essempio serva ad occasione di maggior bene...[300]

(fol. 157) In Roma, li XIII d'aprile (1596).

210.

Varsavia, V. 1596.

Constantinus dux de Ostroh contra unionem cum romana ecclesia se declarat.

Typis impressum in « *Апокрисисъ* » p. 66. p. 66.
Mon. Confr. Leopol., vol. I, p. 702, nr. 409.

Я Константинъ княжя острозкое воевода киевскій,[301] маршалок земли волынскои, староста володимерскій и проч. до суду королевской его милости и книгъ сеиму варшавского нынѣшнего пришедши оповѣдамся.

Ижъ два владикове Патей володимерскій а Кирилъ Терлецкій луцкій безь вѣдомости инших духовных и насъ всѣхъ релѣи греческои такъ народу шляхетского яко и человѣка посполитого, ехавши до обчего панъства мимо старшихъ и преложеных духовенства своего, под которых послушенствомъ завжды бывали, невѣдоме до послушенства иншого сами а снать и насъ всѣхъ и духовныхъ нашихъ в тое затягаючи поддали и за старшого собѣ иншую особу признали и нѣкоторыи новыи речи в релѣи нашей небывалые до нашего набоженства неналежные оттоля принесли.[302] Зачимъ бачачи мы великую отмѣну через особы выше менованые и в старожитной реліи нашей а звлаща правомъ волностямъ нашимъ, привилеомъ и конъфедераціи варшавскои речъ противную,[303] злецилисмы были всѣ обыватели землѣ волынскои кіевскои браславскои рускои и нѣкоторые з великим князем литовским посломъ нашим тутъ на сеимѣ прозбы наши до его королевской милости донести, абы его королевская милость таковых духовных праву нашему противных терпѣти допущати нам нерачилъ, ведлугъ прав наших упривилеованых и конфедераціи о то учиненои от продковъ его королевскои милости и от его королевской милости самого намъ поприсяженыхъ заховати рачилъ

---

[300] Instructionem hanc Cardinalis ad abundantiam executus est. Cfr. nnr. 240, 243, 244.

[301] Protestatio Constantini Ostrožskyj, Palatini Kioviensis, qui unioni sese acriter opposuit eamque supprimere contendebant omnibus viribus.

[302] Haec affirmatio ducis generica est et nihil revera probat. Tamen huiusmodi argumenta influxum habebant in rudem populum, usque ad nostra tempora.

[303] Forsan agitur de confoederatione anni 1572, temporibus regis Henrici.

а намъ не иншеи вѣры и послушенства, одно от старших греческои церкве владыками дати рачилъ. А ижъ на тотъ часъ от его королевской милости одержатисмы того не могли, яко через послы наши такъ и самъ в особы моеи на остатнемъ дни сейму у во второкъ оповѣдали есмо и освѣдчили его королевской милости пану нашему и всему сенату и паномъ посломъ земским не з упору ани з васни, едно остерегаючи прав и волностей наших, иж владикъ таковыхъ послове наши так и мы сами и человѣкъ посполитый в маетностяхъ нашихъ слухати и ихъ за духовные наши мѣти, также и в добрахъ нашихъ терпѣти нехочемо и юриздикціи имъ ростягати недопустимо, такъ и теперъ самъ от себе з особна в тыиж слова в томъ всемъ, яко выше помѣнено есть, противъ особамъ выше менованымъ протестую и освѣдчаю и при томъ освѣдченью моем, поки ми права ставати будетъ, стояти хочу и буду.

Дѣялося у Варшавѣ на головномъ сеимѣ в среду, року....

Станиславъ Смятинскій земскій варшавскій писаръ.

211.

Varsavia, 6. V. 1596.

Georgius Gorski, dux de Druck, tamquam delegatus palatinatus Kioviensis protestatur nomine suorum electorum contra unionem cum Romana Ecclesia.

Typis impressum in « *Апокрисисъ* », p. 67.
Mon. Confr. Leopol., vol. I, p. 704, nr. 411.

Бачачи быти великій уразъ правъ волностей нашихъ а наиболше образу сумненя через нѣкоторые особы духовные релѣи греческои, которые мимо вѣдомость всѣхъ насъ тоеи релѣи греческои стародавниа будучих учинивши оторванье сами с приватных особъ своих взявши з нѣкоторыми также оторванцы порозуменье оповѣдѣли королю его милости пану нашему наимилостившому признаваючи наивышшую голову костеловъ греческихъ папѣжа его милости, также тежъ поправу календара быти слушную и нѣкоторые артикулы вѣрѣ нашей стародавной католицкой греческой быти противные, якожъ потомъ над волю нашу ехавши послушенство его милости папѣжови именемъ насъ всѣхъ релѣи католицкои греческои людій в панствѣ его королевской милости мешкаючихъ такъ в коронѣ полской яко и великом княжествѣ литовском будучихъ отдали, чого ижъ ся важити смѣли, Мы таких непризнаваючи за старшихъ духовных нашихъ але маючи ихъ за оторванцы послушенства, яко зъ особъ нашихъ духовныхъ и свѣтскихъ так из стороны подданыхъ чинити и полнити небудемо. А ижъ намъ права привилеи конфедерация року 1573, генваря 28, варшавская, которая яко от продковъ

его королевской милости, такъ тежъ и от самого короля его милости есть намъ всѣмъ поприсягнена, при той моцне стоячи в добрахъ и в церквахъ нашихъ властныхъ и через продки наши на стан духовный релѣи греческои наданых жаднои отмѣны позволити нехочемо, ани можемо и овшемъ не толко тыхъ за духовные наши, которые до Риму ездили, але жадныхъ, которые бы такую отмѣну в церквахъ божіихъ з давна релѣи греческои чинити хотѣли, албо и чинили пріимовати нехочемо анѣ будемо. А ижъ тежъ идетъ не меньше о юриздицію нашу у властныхъ маетностях наших, которые яко церкве такъ и духовные релѣи греческои в добрахъ нашихъ маемо, прото в них юриздиціи жаднои звлаща таким, которые бы оторванье учинили, непризнаваемо, ані ихъ поступити хочемо во всѣхъ маетностяхъ наданьяхъ продковъ нашихъ и насъ самых ведле тоеижъ конфедераціи варшавскои не оттираючи жаднихъ становъ до конфедераціи належачих. Што все здержати и зыстити собѣ обецуемо и обовязуемося за себе и потомки наши ведле тоеиж конфедераціи варшавскои. А теперъ такъ именемъ нашимъ яко тежъ и братіи нашеи дома позосталых оповѣдаемо и освѣдчаемо, якожъ для лѣпшеи вѣры злецилисмы тое оповѣданье наше особѣ певной с посродку себе депутованой меновите его милости князю Юрему Горскому послови воеводства кіевского до актъ кгродскихъ варшавскихъ донести и оные до актъ посполитых ввести и екстракты (выписы) до воеводствъ взяти.

Писан у Варшавѣ, року 1596, мая дня 6.

Юрій Друцки Горски, рукою власною.
Албертусъ Збожи. Закревскій, судья кгродскій радъевскій.
Мартинъ Вихорскій, писаръ кгродскій радъевскій.

Subtus notatum est: С книг кгроду радѣевского вынято.

212.

Varsavia, 20. V. 1596.

De Synodo provinciali convocanda mense Septembri.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 91 D, fol. 139 (seg.).
Welykyj A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 114, nr. 583.

Varsavia. Al medesimo, li 20 di Maggio 1596.

Scrissi à V.S. Ill.ma diffusamente per il Corriero spedito da me alli 14...

Il Sinodo delli Vescovi Rutheni si celebrerà in Settembre, il giorno di San Michele Archangelo.[304] Et il Palatino di Kiovia hora ne riempi di

[304] Synodus revera celebrata fuit tantummodo die 6 octobris veteris styli seu Kalendarii, seu 16 octobris novi Kalendarii, s.d. Gregoriani.

speranza, et hora di timore, ma se in quel atto volesse pur dare in reprobo senso, le faranno gagliarde oppositioni li Senatori, che assisteranno a detto Sinodo in nome di Sua Maestà, et li Vescovi che saranno in esso presidenti in nome di Sua Santità.

(f. 139v)...

213.

Varsavia, 27. V. 1596.

De ingerentiis moschorum in res ecclesiasticas Ruthenorum nec non de puniendo Episcopo Kioviensi latino, ob eius collusionem cum cosacis.

ASV, *Fondo Borghese*, Ser. III, vol. 91 D, fol. 129-29v, 131 (reg.).
WELYKYJ A., *Litt. Nunt.*, vol. II, pag. 114, nr. 285.

Varsavia. All'Ill.mo Sig, Cardinale San Giorgio, li 27 di Maggio 1569.

. . .

Hieri inviai al Comuleo[305] il passaporto et lettere di questa Maestà, dirette al Mosco, et le ho suggerito quattro punti. Il primo ... (N. B. i *primi tre punti di natura politica e la lega contro i Turchi*) — (. 129v) ... 4-o. Tenere proposito seco della Unione Ruthenica con la Sede Apostolica. ...

(f. 131)...

Sarà necessario, che la Santità Sua dia ordine, che si procedi contro Vescovo di Kiovia, fatto capo delli Cosacchi, acciò et si reprimi la sua insolenza et per causa non venga a patire detrimento la dignità episcopale.

214.

Varsavia, 29. V. 1596.

Diploma Regis Sigismindi III de Synodo Ruthenorum Berestensi; expositio status quaestionis et facti nec non convocationis Synodi.

HARASIEWICZ M., *Annales Ecclesiae Ruthenae*, Leopoli 1862, pag. 228-230.

Z ksiąg grodzkich zamku Luckiego.

Zygmunt III, Bożą milością król polski, Wielki Xiążę litewski, ruski, pruski, zmudzki, mazowiecki, inflantski, a szwedzki, gocki, wandalski dziedziczny król.

Wielebnym, jaśnie wielmożnym, urodzonym i sławetnym wszystkim

---

[305] Alexander Komulovič, illyricus seu croata, qui variis missionibus et legationibus fungebatur in Ucraina, Valachia, Lithuania et Moscovia, de mandato Sedis Apostolicae. Cfr. alia volumina nostrae Collectionis documentorum romanorum.

w obec i każdemu z osobna, duchownego i świeckiego stanu wiary i zakonu greckiego ludziom i wiernie nam milym laskę naszą królewską.[306]

Przykładem dawnej i starożytnej zgody kościoła wschodniego z kościołem zachodnim, za którą panstwa i królestwa do wielkiej a niezwyciężonej sławy przychodzili; takęz przykładem inszych wielkich cesarzów, królów i monarchów potężnych, którzy kilkakroč te kościoły jedność z sobą rozerwaną zawždy z wielką pilnośsią i staraniem one zgody w klubę łączyli i przywodzili. I my pragniemy i życzymy sobie tego, abyśmy z ludźmi temi, których pan Bóg wszechmogący z przejrzenia swego świętego, i za wolnym ich samych obraniem władzy i zwierzchności naszej hospodarskiej podał i poręczył, w jedności i społeczności jednemi usty i jednym sercem imie Boskie wielbili i za dobrodziejstwa nie ogarnione dziękując, tym potężniej okrucienstwu poganskiemu zastanawiali się. Ponieważ to jaśnie i w mniejszych rzeczach każdy widzieč może, ze zgodą małe wielkiemi urastają, a w niezgodzie i największe giną i upadają; tąž za rozerwaniem i rozłączeniem cerkwi greckiej z kościołem rzymskim osądzič się może, że wszystek gniew Boski na ludzie się wylał. Nieoszacowane rzeczpostolita chrześcianska szkody a i niepłakaną zgubę panstw, zniszczenie wielkich i sławnych królestw, okrótną, ludzi zacnych, krajów obfitych i znamienitych w rękach poganskich niewolą odnosi i zażywa, że po tenczas tym większe uciski utrapienia za niezgodą chrześcianską, a potężnościa nieprzyjacielską, który chwałę boską wyniszczyč wszystkiemi siłami starają się ponosi.

Jakož panujac nam szczęśliwie na tych panstwach w koronie polskej i W. X. L. między innym obmyśleniem spraw rzeczypospolitej nie mniej do tego umysł nasz skłonili, jakoby ludzie religii greckiej w panstwie naszym do pierwszej i starożytnej jedności z kościołem powszechnym katolickim rzymskim pod posłuszenstwem jednego zwierzchnego pasterza przywiedzieni byli, i już za zgodą osób duchowienstwa greckiego starszych przełożonych waszych wyprawieni byli Posłami do świętego ojca papiża, ku stolicy apostolskiej rzymskiej Wielebni Ipacy Episkop Włodzimirski i Brzeski, i Kyrył Terlecki exarcha Episkop Lucki i Ostrogski, który u ojca świętego bywszy i z wielką pociechą was wszystkich, ludzi zakonu greckiego, odprawieni będąc, nazad się powrócili. Zkąd nic nowego, i zbawieniu waszemu przeciwnego, a na koniec od ceremonii waszych cerkiewnych zwykłych nic rożnego uprzejmościom i wiernościom waszym nie

---

[306] Sigismundus III, Rex Poloniae, operam Episcoporum ruthenorum — Potij et Terleckyj — Romae peractam confirmat et omnibus subditis communicat nec non Synodum convocare permittit, ut unio firmetur.

przynoszą. Ale według dawnej nauki Ojców świętych greckich, których imiona uprzejmości i wierności wasze wielbicie i dni święcicie i wszystko według świętych Soborów apostolskich wyroków wam cale zachowano. Co wszystko ci mianowani posłowie dostateczniej uprzejmościom i wiernościom waszym ku pomnożeniu chwały imienia boskiego i ku dalszej za pomocą jego świętą was wszystkich ku pocieszę odnieść potrzebują. Zaczym i niemało ludzi znacznych wiary greckiej pragną tak świątobliwego zjednoczenia.

Prosili nas, abyśmy, dla prętszego przyprowadzenia do skutku tej sprawy, Synod złożyć rozkazali. Tedy my, hospodar, pozwoliliśmy wielebnemu Kyr Michałowi Rahozie Metropolicie kijowskiemu i halickiemu i wszystkiej Rusi jako zwierzchnemu i przełożonemu w wierze waszej greckiej pasterzowi, aby Synod uprzejmościom i wiernościom waszym, ludziom tej religii greckiej, a wiernym i miłym poddanym naszym na pewnym miejscu, w mieście naszym brzeskim na czas, który wielebności jego i duchownym przełożonym starszym najsposobniejszy sdawać się będzie, przez listy swoje złożył,[307] będąc pewnemi, że uprzejmość i wierność wasza gdy się porachujecie, nic potrzebniejszego, ważniejszego i pocieszniejszego pożądać sobie nie możecie nad tę świętą jedność starodawnej powszechnej wiary, która miłość, zgodę i pokój spólny między narodami zatrzymywa i mnoży, i całość rzeczypospolitej i wszystkich inszych tak ziemskich iako i niebieskich pociech strzeże.

Na któryto Synod wolno będzie każdemu z wierności waszych religii greckiej przybyć, i tym świątobliwym sprawom przysłychiwać się, jednak że aby każdy, jako najskromniej być przyjeżdżał, nie biorąc z sobą zgrai niepotrzebniej.[308] Chcemy też i to mieć, aby oprócz katolików rzymskiego kościoła i greckiej cerkwi, którzy do tej cerkwi i jedności należą, insi ludzie różnej wiary, także ani postronni tam na ten Synod jako nienależni, nie byli przypuszczeni. Spraw do Synodu nienależących tam też nie wnoszono i nie umniejszywano.

A między inszemi powinościami napominamy szczerość waszą, aby jako na każdym miejscu, tak i tam zwierzchności naszej prawa i pokoju pospolitego, powinne i przystojne uszanowanie z każdej miary było, i aby wszystko w zgodzie, miłości, z wielkim błogosławienstwem bożym, naszą i wszystkiej rzeczypospolitej osobliwą pociechą odprawowało się.

---

[307] Litterae convocatoriae Synodi ex parte Metropolitae editae sunt tantummodo die 21 augusti 1596 (cf. nr. 218).

[308] Rex prohibet expresse ne ad Synodum manu armata Magnates veniant; praesertim ex parte ducis Ostrožskyj periculum imminebat hac in re.

Uprzejemie tego od pana Boga uprzejmościom i wiernościom waszym winszujemy i żądamy.

Pisan w Waszawie, lata Bożego narodzenia tyiąc pięćset dziewięćdziesiąt szóstego, Miesiąca maja dwudziestego dziewiątego dnia.

215.

Varsavia, 14. VI. 1596.

Sigismundus III, Rex Poloniae episcopis ruthenis synodum celebrare permittit unionemque cum Romana Ecclesia omnibus ritus graeci fidelibus recommendat.

